

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XLII. Romana vineæ, seu fideicommissi de Monte. De eadem materia  
concurrus fœminarum, An scilicet veniant sub nomine filiorum, nepotum,  
& descendantium, ita ut masculinum concipiat fœmininum, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Ad quod comprobandum, ponderabam gravamen restitutio facienda p̄i locis, quod mulieribus tantum injunctum legitur, ibi, deficienibus mulieribus substituit, unde malculi cognati, quatenus dicendi essent vocati, nullib⁹ leguntur gravati, ita ut substitutio piorum locorum evanesceret, & bona fierent libera contra nimis claram & explicitam testatoris voluntatem, ut ultimo loco ad dictos substitutos utpote manus mortuas & perpetuas bona omnino deuentura sint.

Quamvis autem ex praemissis non improbabiliter dici posset potiora videri jura piorum locorum minus tutum judicando primum fundamentum successionis hujus feminæ ex prima vocatione nepotum, pronepotum & descendentiū, Tum quia litera testamenti ad oculum ostendebat feminas non nisi in omnimodo defectum omnium masculorum vocatas esse, unde refutabat indubitanter masculinam qualitatem post filios adjectam omnibus in dicta oratione contentis convenire, Tum clarius, quia species fututatis videtur velle explicari vocationem tacitam, ac implicitam, ubi habemus expressam & litteralem, unde cum testator literis cubitalibus post masculos vocaverit feminas, quas deinde ad exclusionem substitutorum in conditione posuit, non videbatur ad quid expetere earum vocationem aliud, ita ut hoc fundamentum efficeret de illis, quæ vel non sunt necessaria, vel non sufficiunt, quia si testator qualitatem agnitionis in feminis non desideravit, habebamus vocationem explicitam, et si desideravit, non poterat esse majoris efficacia vocatione implicita, quam explicita.

Non tamen dicebam resolutionem posse de positiva iustitia redargui, neque de facili recessum à decisio etiam in alia instantia perandum esse, ut eventus docuit, quia cum aetrix haberet suam intentionem fundatam in expressa vocatione feminarum, & econtra substituti ad elidendum deducere exceptionem restrictionis ad agnitionem qualitatem non claram, ac expressam, sed implicitam & ambiguam, deductam ex interpretatione negari non poterat versari in casto dubio, qualis semper dicitur ille pendens ex conjecturis vel interpretatione, in quo plurimum versatur judicantis arbitrium, quod semper interponendum venit pro descendentiis, ac de sanguine testatoris in exclusionem piorum locorum, quorum utpote non morientium, superexistens est semper certa, ita ut non sit eis auferre, sed differre successionem, quam durum videatur descendentiis testatoris tollere, quoties plusquam clara ejus voluntas non refragatur, & quia omnium dilatatas acquisitiones, quæ per pia loca irrevocabiliter fiunt, rationabiliter Tribunalium usus Reipublicæ favore introduxit in dubio contra hujusmodi manus mortuas judicare debere, ut in specie firmatur per Rotam in Romana restitutio dñis 14. Decembris 1657. coram Priolo in fine ubi concordantes, non improbabiliter intrante quoque ratione text. in leg. cum avus f. de cond. & demonstr. & leg. cum acutissimi Cod. fideicom. de qua supra dis. 31.

\* \* \*

## ROMANA VINEAR

SE V

## F IDEI COMMISSI

D E M O N T E

P R O

MINERVA ET FELICE  
D E M O N T E

C V M

## BENEDICTO SANTORIO

*Casus decisus per Rotam pro Minerva  
& Felice.*

De eadem materia concursus feminarum. An scilicet veniant sub nomine filiorum nepotum, & descendentiū, ita ut culinum concipiatur fœmininum, non. Et quid ubi prætenditur contemplatio; Et quando hujusmodi contentio adesse dicatur, præsertim an agnisi ratio adjecta aliqui prohibitiones contemplationem inducat pro exclusione feminarum, aut fideicommissum amplexu ad totam familiam.

S V M M A R I V M.

- 1 F Acti series.
- 2 Resolutio cause.
- 3 De exceptionibus datis per alteram partem.
- 4 De vulgaris anomalias in fideicommisso præliis subingreditur locum patri, & etiam catio.
- 5 An Bulla Baronum suffraget creditoris habentiam fideicommissi.
- 6 An procedat in intrafuso & iusto possesse.
- 7 De regula quod masculinum concipi femininum sub nomine filiorum & nepotum venientibus.
- 8 Fortius ubi dispositio concepta est materna lingua, de differentia inter linguam latinam & romanam.
- 9 Regula de qua num. 7. limitatur ubi contemplatio agnitionis.
- 10 Feminina non conservant agnitionem præserunt illa, quidquid sit in Hispania.
- 11 Quando ratio conservationis agnitionis adjicit proportioni sicut accessoriæ & consequentiæ vel proportioniter.
- 12 Agnitionis contemplatio in dubio non præsumetur bene & concludenter probanda est.
- 13 Ratio conservationis agnitionis ubi etiam non poterit inductionem vel extensionem fiduciam satis tamen attenditur pro conjecturâ ratione.
- 14 Declaratur quando id procedat, & de differentia rationem adjectam prohibitionem alienam vel adjectam exclusionis, & Regulam.

## DISCURSUS XLII.

107

- 15 A fideicommisso in casu delicti non infertur ad illud in  
casu mortis.  
16 Idem à dispositione in exclusionem Religiosorum &  
Monasteriorum.  
17 Habenti regulam sufficit eam allegare ac offuscare pro-  
bationem limitationis, qua in dubio non presu-  
mitur.  
18 Ponderantur conjecturæ excludentes contemplationem  
agnitionis.  
19 Quando anterior substitutionum progressus sit in pro-  
posito considerabilis nec ne.  
20 Quod feminæ succedant etiam infideicommissi agna-  
tivitatem, atque illa de linea admissa præferantur  
masculis aliarum linearum remissive.  
21 Fortius ubi familia sunt diversæ, seu quamvis eadem  
attamen postea distincta.  
22 Commendatur stylus Curia Romana effugiendi super-  
fluitates ac evaginations, in quibus exteri im-  
mortari solent.

## DISC. XLII.

Cum Cardinalis de Monte in decrepita ætate,  
ac morti proximus testamentum condidisset  
cum jurata promissione de illud non revocando, in  
in quo instituerat quosdam Religiosos, Guidobaldus  
ex fratre nepos in Civitate Pisaurum patria moram  
trahens, de hoc certiorarum caniculari tempore Ur-  
bem acerbitus, testamenti prædicti revocationem  
ac patrum ad breve tempus defuncti obtinuit hæreditatem,  
qua tamen ejus mortis causa fuit, dum ad  
partiam reversus ob aeris mutationem ac itineris in-  
commoda infirmatus obiit, atque in testamento in  
ea infirmitate condito, dum adhuc existet in magno  
iracundia calore contra dictos Religiosos, in bonis  
paternis & maternis, ac aliis in patria & alibi prius  
per eum possessis, liberè & absque aliquo substitutionis  
onere iustituit Abbatem Honuphrium fratrem,  
in iis verò, qua à dicto Cardinali proveniebant, hæ-  
redem instituit Alexandrum alterum fratrem Episcopum  
Eugubinum, cui substitutus præfatum Honuphrium clericum, & huic Ioannem alterum fratrem  
secularem, ejusque filios, nepotes, & proneptos  
in infinitum, dictoque Joanne sine filii morienti,  
substituit Rainerium ex Francisco Maria altero fra-  
tre prædefuncto nepotem, qui pariter moriente ab-  
sque filiis, vocavi proximiorem de ejus domo, prohi-  
bendo institutis, & substitutis sub pena caduci-  
tatem, nè sinerent prefatos Religiosos directe vel in-  
directe se ingerere in hujusmodi bonis, ac etiam in-  
habitando ad dictam successionem, vel ea obtenta  
privando ingredientes quamcumque Religiōem, præ-  
terim præsatam, adjecta ratione, quia deside-  
rabit dictam hæreditatem & bona semper conser-  
varia in ejus familia pro majori ejus manutentione &  
conservatione.

Obiit post testatorem Alexander, cui successit  
Honuphrius, quo vivente, obiit Ioannes superstitionibus  
Minerva & Felice filiabus in infâli ætate constitutis,  
aque sequita ad breve tempus etiam morte Honuphrii,  
Rainerius boni prædicti occupavit illorumque  
aliqua distractis, præterim vineam in Urbe Be-  
nedicto Santorio qui sequita etiam morte Rainerii  
sine filiis, timens dictarum sceminarum molestias,  
curavit reportare cessionem jurium à Carolo &  
Francisco de Monte collateralibus, testatori sexto  
gradu civili, Rainerio autem septimo gradu con-  
junctis, Præfata autem Felix & Minerva effecte  
maiores ac nuptæ prætentandes dicti fideicommissi  
purificationem ad earum favorem, per obitum dicti

Honuphrii sequutam esse, judicium immissionis ad  
dictam vineam contra Sanctorium instituerunt co-  
ram A. C. à quo sententiam favorablem reporta-  
runt, atque commissa causa appellatio in Rota cor-  
ram Cerro, & sub die 20. Martij 1665. proposito du-  
bio, An eis danda esset immisiō, affirmativa prodiit  
resolutio eisdem astrictibus favorabilis, & in hoc sta-  
tu causa reperitur.

In hujusmodi autem disputationibus in utroque  
Tribunali habitis, reus conventus ad excludendas  
astrictices plures deducebat exceptiones, Primo scilicet  
cet illam caducationis substitutionis præfati Ioannis,  
ejusque filiorum & descendentium ob ipsius præde-  
cessum adhuc vivente Honuphrio primo substituto;  
Secundo ob qualitatem Baronalem concurrentem  
in dicto Rainerio, qui alienationem fecerat ex cœla  
æteris alieni per eum contracti, stante Constitutione  
41. Clementis VIII, qua vulgo Bulla Baronum dicitur;  
Et tertio quod sub nomine filiorum & descenden-  
tium dicti Ioanni non venirent astrictices tanquam  
scemina, cum ageretur de fideicommisso agnatiō,  
ac habente agnitionis contemplationem, qua con-  
currente, masculinum non concipit sceminarum,  
ideoque dicebat factum esse casum ultimæ substitutionis  
ad favorem proximiorum de domo, quales  
erant præfati Carolus, & Franciscus, quorum ju-  
ra ipse obtinuerat.

Prima exceptio de facilis sublata fuit cum respon-  
sione Vulgaris in fideicommisso, quam vulgo Ano-  
malam dicimus, per quam filius sub ingreditur in  
locum patris, atque corrupto antecedenti gradu,  
ita subintrat sequens juxta receptionem theoram Bart.  
in l. quādū num. 10. ff. de acquir. hered. dum nulla  
conurrebat conjectura, qua suaderet diversam te-  
statoris voluntatem disponendi per nudam fidei-  
commissariam, atque faciendi, ut nostri dicunt, fidei-  
commissum merè graduale, juxta limitationem  
deductum ex altera pariter recepta theoria Angeli  
in eadem leg. quādū, ex iis qua pluries habentur in  
frā in hac materia vulgaris anomolæ, præterim in  
Perusina dis. 107. & insinuantur supra in Muiñen fidei-  
commissi de Rangoni, & in Reatina fideicommissi de  
Vecchiarelli dis. 17. & 18.

Alteri exceptioni deductæ ex Bulla Baronum,  
plures ego & cæteri pro astrictibus scribentes daba-  
mus responsiones, quas Rotalis deciso in §. finali ge-  
neraliter dicit subsistentes, signanter verò laudat ac  
exprimit illam, quod cum dictus Sanctorius certam  
scientiam dicti fideicommissi haberet, juvarinon po-  
terat dicta Bulla, ignorantibus tantum opiculante,  
non antem scientibus ex fundamento constitu-  
tionis 117. Urbani VIII, qua vulgo Bulla Archivii dicitur,  
dicta alterius Bulla Clementinæ moderatoria.

Ita responso quamvis etiam per me scribentem  
tanquam Advocatum deducta esset, attamen non  
placebat, parumque tuta videbatur, cum in meo  
sensu dicta moderatoria Constitutione Urbani non in-  
tret nisi illius prædicta forma impleta, ex iis qua ex  
professo habentur acta in Romana Bulla Archivii sub-  
tit. ex feudi ad materiam Bulla Barorum discr. 87. Eo-  
dem tamen veritatis sensu retento firmiter credebam  
dictam Bullam Baronum non intrare ex alio moti-  
vo, in quo ego potissimum insistebam, quod scilicet  
dicta Bulla locum non habeat in possesso intruso,  
ut ibidem & alibi dicto in de feud. ad materiam dicta  
Bulla, & qualis dicendum erat dictus Rainerius ul-  
terior substitutus, dum ex in frā dicendis erant prius  
substituti filii & descendentes Ioannis, in quo tum  
non existentia casu ipse subsidiariè vocatus erat,  
ideoque

LUCA  
De  
amentis  
testat.  
GVI  
9

id eoque nullum jus unquam habuit ob dictorum filiorum existentiam.

Major igitur ac penè tota disputatio fuit super tertia exceptione, An scilicet sub nomine filiorū nepotum & descendantium dicit̄ Ioannis venirent feminæ, ita ut masculinum conciperet femininum super quo puncto scribentes pro reo convento non negabant regulam affirmativam hodie in ultimis præsertim voluntatibus receptissimam, plures supra in præcedentibus finitam, indefinite procedentem livè latīno sermone live materna lingua tale masculinum conceptum esset thesauri decis. 188. num. 13. Giurb. decis. 32. num. 11. insin. multomagis ac extra difficultatem, ubi materna lingua seu italico idioma, in quo ex communī usū loquendi, præsertim quoad nepotes & ulteriores descendentes non datur illa distinctione vocabulorum, quæ juxta distinctionem texsum datur in lingua latīna; Satisque refert dispositionem una vel altera lingua concipi, quoniam in casu conceptionis in lingua latīna verba intelligenda vniunt secundum interpretationem juris, in altero autem attenditur ipse loquendi usus de facto, ut advertitur per Rotam in Roman. rescissionis concord. et 14. Martii 1650. coram Corado imp̄. post Salgat in labyrinth. creditorum decis. 26. & ad aliud propositum ponderatur decis. 216. num. 3. par. 2. rec.

Insistebat tamen in limitatione pariter recepta juxta theoriam Bart. in l. heredes mei. cum ita num. 4. ff. ad trebell. pluries eriam supra in præcedentibus enunciata, ubi scilicet ageretur de fideicommissis agnatiis, ac in dispositionibus habentibus agnationis contemplationem, quam in hac facti specie claram, ac in verbis expressam dicebant in ratiōne ut supra per testator m̄ assignata occasione exclusionis Religiosorum, ut scilicet bona in familia conservarentur pro eius manutentione & propagatione multum insistendo super dictis verbis, manutentione, & propagatione, quæ non bene congruent feminis, cum ista fini agnationis & familiæ finis, ideoque per eas familiæ manuteneri & propagari non possint, attentis præsertim Italia moribus, quidquid sit de illis Hispaniæ, ut plures præcedentibus advertitur, præsertim vero in Neapolitana de Lantavis decis. 34. Insistendo etiam super formula sū contextu sermonis, quod scilicet dicta ratio non statuerit dependentes, & consequentiæ seu familiative prohibitioni, sed potius principaliter, & de per se per novam periodum novæ orationis inceptivam juxta vulgarem distinctionem deductam ex celebri consil. 6. 6. Decit, quod reputatur in materia magistrale, & de qua plures infra super articulo seu materia, An & quando hujusmodi ratio adjecta aliqui prohibitioni, illi præsertim alienationis ampliet fideicommissum, illudque extendat utra personas expressas ad universam familiam seu universum genitus, cui talis ratio congruat.

His tamen non obstantibus, etiam cum sensu veritatis, dicebam potiora esse iura dictarum feminarum ex defectu applicationis ad factum præstatæ limitationis alioquin in suo casu vera, cum non concurreret dicta contemplatio, quæ est limitationis fundamentum; Verius enim ac receptissimum est, agnationis contemplationem, adiustum præsertim speciale effectum, potissimum vero in simplicibus fideicommissis primogeniture, vel majoratus ordinem non habentibus in dubio non præsumi ex collectis apud Capye. Latr. decis. 127. num. 36. ubi quod conjectura debet esse evidentes & vehementissima quo detiam habetur apud Rotam decis. 144. num. 3. par. 7. rec. apud Merlin. decis. 890. num. 6. decis. 34.

num. 7. post Censal. ad Peregr. & alias fatus furenter.

Ista vero p̄ obatio in præsenti non adegit, enim in verbis ut suprà testator adiecerit distinctionem conservationis & propagationis familiæ, quæ, ut bene per scr̄. b̄ ntes in contrarium dicere non caderet suprà inclinata distinctione, An alio ba starent accessoriæ & consecutivæ, cadent in principali in oratione separata vel ejusdem initium, quoniam talis distinctione diversum est, & cum extenderet fideicommissum personas vel casum expressos, secus autem alio etum interpretationis, vel probationis aut conjecturæ, juxta ea quæ infra frequenter hoc ead. terminus in materia hujusmodi rationis, que ab fideicommisso in casu delicti, quod ex ea sortitur ad fideicommissum in casu mortis, & licet autem extendendi fideicommissum de casu ad casu seu illud de novo inducendi, satis tamē amittit pro conjectura vel interpretatione dubia distinctionis.

Attamen dicebam id esse alicuius momenti, quod alia in idem accederent conjectura, cum quæ ista quoque annexenda veniret ad faciemendum & pro regula, ut singula quæ non probantur, cum autem, ubi ea est sola & de per se conjectura potissimum vero ubi adjecta non est prohibitoriationis, quo casu verè & proprie intrat in distinctionis derivantis ex consil. 30. juxta ea quæ magistraliter plures casus distinguuntur in Beneventana coram Celsō inter fuisse 228. alias 58. post Michalor de fratribus, sed ab exclusione Fisci vel Religiorum.

Magna siquidem differentia est inter unius & alterum, prohibito enim alienationis ratione cum naturalis est fideicommissum simpliciter dividato in casu mortis, illaque inept de jure, proprietate ubi adest fideicommissum expellit, nullo indiger vestimento dicit̄ rationis, quod in necessarium est ad effectum, ut ex illa resoluta fideicommissum conservatorium, & se resolvatur in consilium; Expressi autem quæ inept de jure neque satia est, sed bene operantur inductiva nullitatis actus, alias non tantum ex sola prohibitione legis, sed beneque huic accedit etiam prohibito hominis.

Non sic est in causa dictarum aliarum problematum, seu exclusionum Fisci vel Religiorum, nam juxta unam opinionem, licet minus recentem, atque ex rimenda est ad hujusmodi distinctionem salvandam, cum alias de validitate dubia possit utporū in odium Fisci vel R. ligionis, quæ in terminis exclusionis Fisci habentur in Regal. ad materiam confiscacionis dis. 160. & in terminis exclusionis Religiosorum habentur in fisco 64. & in aliis; Unde propterea non evincit conclusio quod ab hujusmodi ratione adjecta fideicommisso ordinante in casu delicti non inferatur restitutorium in casu mortis, ut ter relatis apud Ottob. decis. 255. num. 19. & fisco 258. per torum, quæ repugnantur in teria magistralis decis. 228. num. 6. & 7. rec. Romana censis 11. Martii 1652. & 14. Febr. 1653. coram eodem Cerro, & quotidianè, & in terminis exclusionis Religiosorum Covarr. lib. 1. cap. 19. num. 11. Carena refolut. 29. num. 11. & 61. num. 18.

Clarius vero ac promeo iudicio extra contractum, quia non solum ita circumstantia errant, & de per se ad hunc effectum non videbatur

cens, etiam si alia in contrarium non urgerent, sed etiam quia multa concurrebant hujusmodi contemplationem excludentia, que huic unicæ contrariae conjectura preponderare videbantur, & tamen, ut sapientibus hoc eodem titulo advertitur, obserbam sufficere, quod ista contraria conjectura offuscarent vel debilitarent conjecturas contrarias, ne ex istis resultare diceretur illa concludens probatio, quæ necessaria est pro limitatione in dubio non praesumenda, ut ita fundata remaneat intentio habentis pro se regulam, quam allegare sufficit juxta vulgarem decisionem *Manica decisione 251. num. 4. cum aliis per Barbos axiom. 198.*

Plura enim urgebant, quasi ad evidentiam probantia, testatore non habuisse in animo agnationis conservationem, solumque ita dictam rationem affectasse ad se reddendum tutum de via iditate exclusionis Religiosorum ob illorum abhorrentiam quam in eo iracundie calore habebat ex causa superius enunciata; Primo siquidem si id in animo habuisset, verisimiliter idem potius ordinasset in bonis stabilibus antiquis domus in patria & alibi existentibus, magisque conspicuit. & cum quibus absque dubio magis familiæ decor ac memoria conservaretur, & tamen illa reliquit libera, & sine aliquo vinculo unius fratribus, qui erat clericus non habilis ad familiæ propagationem & conservatiōnem; Secundo in idem, quia cum haberet Rainerium ex fratre primogenito nepotem juvenem, & habilem ad filiorum procreationem, & qui ob linea prærogativam facturus erat figuram Domini seu capitis domus juxta nobilium familiarium constitutidinem, hic potius ejusque descendenter masculina, tam in bonis antiquis patria, quam in ista controversia vocari debuisset, & tamen eo neglecto vocati fuerunt primò clerci, deindeque Ioannes frater quartogenitus; Tertiò quia positi fuerunt in conditione filii & descendentes dicti Ioannis simpliciter absque aliquo adjecto masculinitatis, unde propterea ad faciendum deficerre ulteriores substitutiones veniebant tam masculini quam feminæ, quod etiam successivè factum fuit cum dicto Rainerio, nunquam exprimendo masculinam qualitatem, ut verisimiliter factum esset, si id in animo testator habuisset; Et quartò quia negligit illam alienationis prohibitionem, quæ rigorose summo studio ordinari solet in perpetuis & successivis fideicommissis cum hujusmodi contemplatione ordinari soliti, quæ omnia insimul juncta, nimis clare concludere videbantur, cum tamen ut supra sufficeret, quod ita offuscarent, dubiamque redderent contrariam probationem.

Ulterior autem tot substitutionum progressus, praesertim ultima ad favorem proximioris de familia, unde magnum hujusmodi contemplationis argumentum resultare solet, non videbatur multum considerabilis, dum non erat successivus, & cum progressu in toto genere respectivè de uno in alterum, ita ut includeretur implicita reciproca, sed per speciem vulgaris, seu primæ fideicommissariz simplicis terminantis in primo, quatenus ex eo superercent filii, sive masculi. Sive feminæ juxta receptissimum ac vulgare cons. 21. Oldrada, & sic ad evidentiam patere videbatur, ita in hac specie bonorum dispositum esse ob solum timorem testatoris, ne illa ab ejus fratribus vel nepote absque prole decedentibus transitum facere possent ad abhorritos Religiosos.

Priusquam dicta astrices, vel earum viri hujusmodi item assumerent trahentem secum con-

*Cardin. de Luca de Fideicom.*

sequentiam recuperationis aliorum bonorum pariter distractorum, plures clari nominis Iuris Consulatos consuluerunt, praesertim vero utrumque Aldogradum patrem & filium, ut patet ex copioso consilio registrato inter controversias Aldogradii filii controv. 38. ubi cum eo magis copioso ac elaborato, aliqualiter tamen evagatio stylo, qui extra Curiam Romanam fere generaliter practicari videtur, præmissa etiam deducuntur; Atque tam illi quam alii ulterius progrediendo docte ac elaborate probabant, quod ubi etiam contemplata esset agnatio, adhuc tamen fideicommissum conveniret istis scemini, quæ cessante praesertim concurso masculorum dicuntur etiam agnatae, ac succedunt in fideicommissis agnatiis, quæ expressam agnationis contemplationem haberent, non obstante concurso dictorum aliorum masculorum utpote de diversa linea, qui propterea postponendi essent scemini hujus linea prius vocata & admisla.

Quod ego clarius procedere observabam, stante hujusmodi familiarium separatione cum diverso adjecto, quamvis revera ab eodem stipite descendenter, cum Cardinalis testator, ac Rainierius ejus frater, & successives dicti nepotes & pronepotes nuncuparentur, de Monte Baroccio, dicti vero alii transversales, ex quorum iuribus reus tuebatur, nuncuparentur de Monte S. Maria unde intrare videtur celebre confli. Socini inter conf. Curia senioris conf. 40. cum quo pertransiunt Paris. conf. 51. num. 10. libr. 1. Peregr. conf. 57. lib. 5. Altograd. conf. 79. num. 55. & sequen. lib. 2. Rovit conf. 27. lib. 1. & habetur in proposito latius & ex professo infra in Romana primogenitura de Capisuchis disc. 50.

Verum expediens judicatum non fuit hujusmodi inspectionem assumere utpote parum ipsis astricibus proficiam, ob dubium quod resultare posset, ut posita contemplatione agnationis, post eam mortem bona transiit facere deberent ad predictos vel alios agnatos, & non possent transmitti ad proprios filios & descendentes qui cognati extitiri sunt; Unde propterea hujusmodi exteriorum consilia, ad quamdam solam instructiōnem defervientia, in disputatione causa neglecta fuerunt, dum habebatur solidius ac utilius motivum vocationis astricum, earumque filiorum & descendantium sub generali vocabulo nepotum, pronepotum, & descendantium Ioannis absque distinctione sexus, vel agnationis, cuius contemplatio vere adesse non videbatur, ideoque justa & probabilis visa est resolutio; Et quidem in hoc vere admirabilis summaque commendatione dignus videtur Romana Curia stylus strietè, & quo magis brevius, eo latitudinibus insistendi super motivis ad rem facientibus effugiendo superfluas evagationes; Licet apud ignarum vulgus, quod judicium efformare solet ex numero paginarum, vel ex copia allegationum super iis principiis, quæ tanquam notoria supponenda sunt, & in quibus scribens potius copista quam Doctoris partes implet sicutum ac parum elaboratum dicere soleat dictum adeo commendabilem, ac omnino imitandum stylum, quem

i Nam in Curia, ut dicto vulgo placeamus quandoque corrum-  
pimus.